



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Philippus Segæ Nunc. Apost. in Germania n. 80

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

qua Vasus rem sacram egerat, ubique sepultus erat, cum adiun-
cta domo, quam inhabitauerat, nostris est tradita. Ita Ibid. lib. 5.
num. 208.

80. A PHILIPPO SEGA Apostolico Nuncio: qui aduer-
sus morum, & opinionum monstra, nil prius curandum censebat,
quàm ut talia per Germaniam propugnacula (nempe Societatis Col-
legia) passim disponderentur. Hancque vnâ offerri maxime expedi-
tam, & efficacem remedij viam. Quippe cum (aiebat) & recta
vita, & casta doctrina esset necessaria, vtramque Dei gratia
laudem in Societate constare, vt nihil magis terreret Hæresi-
archas, seu confirmaret Catholicos, seu populos per simpli-
citatē captos explicaret. Quare videri (subiungebat) diuini-
tus ad conseruandam religionem & expugnandam impie-
tatem genitam prouectamque, & roboratam hanc aciem.
Sic Ibid. lib. 6. n. 46.

81. * A IOSEPHO GONÇALEZ Episcopo Palentino, Co-
mite de Pernia ex Ill^{mo}. Prædicatorum Ordine ser. in Canoniz. S. Ig-
natiij Vallisfol. typis edito ann. 1622. ubi probat IESV Societatem in
Muliere illa Apocaliptica amicta sole, ac stellis coronata, figuratam,
& sic eleganter discurret à fol. 4. Vestis (inquit) Symbolum pro-
tectionis est: sol Christus Malach. 4. Orietur vobis timentibus
nomen meum sol Iustitiæ. Societas ergo, IESV sole ve-
stitur, quia sub eius protectione, & vmbra tegitur, ac protegitur:
quam protectionem Ignatio fundatori Romam eunti promisit idem IESVS
Crucem baiulans, sic alloquens, Ego vobis Romæ propitijs ero. Lunam
sub pedibus Societas habet, quia omnem mutabilitatem calcât:
semper vna, ac sibi constans Societas est, quæ non sicut luna mutatur. Et in
Capite eius Corona stellarum duodecim, quia filijs vere Apostolicis
tanquam stellis fulgentissimis coronatur, secundum illud Dan. 12.
Qui ad Iustitiam erudiunt multos, fulgebunt sicut stellæ, &c. Erat
habens in vtero Mulier illa: Felices partus huius Religionis
demonstrat, de qua dixerim quod de sponso sponsum Cant. 7.
Venter tuus sicut aceruus tritici. ò

Iudicium
de Collegijs
Societatis
honorifi-
cum.

illa, Acies
est diuini-
tus missa,
ad conser-
uandam re-
ligionem,
& expug-
nandâ im-
pietatem.

Et quæ in
Muliere
Apocalyp-
tica figu-
ratur.

Apoc. 12.
2.

IESV Sole
vestita.

Malac. 4. 2

Lunam ha-
bet sub pe-
dibus. omnē

mutabilita-
tem calcât.

Filij tan-
quam ful-
gentissimis

stellis co-
ronatur.

Dan. 12. 3

Apoc. 12. 2

Eius par-
tus quam

felices.

Cant. 7. 2